Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Ambrosio

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

locutus fuerat uixit et eam ibidem ex
pirasse repperit. Qui lacrimari cepit
et ipsam tangere non presumpsit. Dixitque in
tra se. Ego quidem corpusculum sancte sepe
lire uolebam. sed timeo ne hoc sibi dis
pliceat. Hoc eo cogitante uidit iuxta
caput suum litteras in terra descriptas ita conti
nentes. Sepeli zozima marie corpus
culum. redde terre suum. et ora pro me ad dominum.
ad cuius preceptum. ij. die aprilis reliqui hoc seculum.
Tunc senex pro certo cognouit quod mox
ut dominicum sacramentum accepit. et ad deser
tum rediens uitam finiuit. Iussu quod desertum
quod zozimas per xxx. dies spacia uix
ambulauit. illa in una hora peruenit.
et ad dominum migrauit. Cumque senex ter
ram foderet sed nequiret uidit leo
nem ad se uenientem mansuete dixitque
illi. Sancta hec mulier precepit sepeliri cor
pus suum et ego cum senex fodere non possum nec
ferramentum habeo. Tu ergo terram
fode ut possimus corpus eius sanctum sepeli
re. Tunc leo cepit fodere et aptam fo
ueam preparauit. Quo peracto leo ut agnus
mansuetus abiit et senex ad suum
monasterium glorificans deum uenit. De s.

Ambrosio

Ambrosius dicitur ab ambra
que est species ualde redolens et pre
ciosa. ipse uero ecclesie ualde preciosus ex
titit et in dictis et in factis suis ualde
redoluit. Vel dicitur ambrosius ab ambra et sy
os quod est deus. quasi ambra dei. deus namque per
eum quasi per ambram ubique redolet. fuit enim
et est bonus odor christi in omni loco. Vel dicitur
ambrosius ab ambor quod est pater luminum et sy
ros quod est paruulus. quasi pater in multorum
filiorum spirituali generatione. luminosus
in sacre scripture expositione. et paruus in
sua humili conuersatione. Vel sicut
dicitur in glosario. ambrosia odor uel sapor
celestis. Ambrosia cibus angelorum. Ambro
sium celeste mellificium. Fuit enim
celestis odor per odiferam famam. sapor
per contemplationem diuinam. celeste melli
ficium per dulcem scripturarum expositionem.
Cibus angelicus per gloriosam fruitionem. Eius
uitam scripsit paulinus nolanus episcopus ad
augustinum. De s. Ambrosio

Ambrosius filius ambrosij prefecti
rome. Cum in cunabulis in atrio pre
torij esset positus. et dormiret examen
apum subito adueniens faciem eius et os
ita compleuit ut quasi in aluueolum suum in
trarent et exirent. Que postea euo
lantes in tantam aeris altitudinem sub
leuate sunt ut humanis oculis minime
uiderentur. Quo facto territus pater ait.
Si uixerit infantulus iste aliquid
magnum erit. Postea cum adoleuisset et
uideret matrem et sororem sacratam uirginem
manus sacerdotis osculari ipse ludens
sorori dexteram offerebat asserens et
sibi id ab ea fieri oportere. Illa uero
ut adolescentem et nescientem quod diceret
respuebat. Rome ergo litteris eruditus est
cum pretorij splendide preesset. a ua
lentiniano imperatore ad regendam ligu
riam emiliamque prouincias directus est.
Cumque mediolanum peruenisset et ibidem
episcopus tunc deesset. conuenit populus ut sibi de episcopo
prouideret. Sed cum inter arrianos et catho
licos de eligendo episcopo seditio non modi
ca uerteretur. Tunc ambrosius causa sedande
seditionis pergeret. Et statim uox in
fantis insonuit dicens. Ambrosius episcopus.
Cuius uoci omnes unanimiter consenserunt
ambrosium episcopum acclamantes. Quo ille
cognito ut eos a se terroribus remoue
ret. ecclesiam exiens tribunal conscendit.
et contra consuetudinem suam tormenta

ꝓsonis adhiberi iussit. Et cū ta
ceret pp̄ls inclāo acclamabat. peccatū
tuū sup nos. Tunc ille turbatus do
mū redijt. phīam ꝓfiteri uoluit.
Et ut nō taceret reuocatus ē. Pu
blicas mulieres publice ad se in
gredi fecit. ut his uisis ab eius
electōne ppl̄m reuocaret. s; cū mane
sic ꝓficeret s; semꝑ ppl̄m peccatū tuū
sr̄ nos acclamare uidēt fugā me
dia nocte peciit. Cumq; trecum se ꝑ
gere putaret mane ad portā ciuita
tis mediolanēn que romana dr̄ ī
uenitur. Qui inuentus cū custodi
ret̄ ap̄ls missa relatio ē ad clemē-
tissimū imꝑatorē ualentinū qui
summo gaudio accepit q̄ iudices
a se ducti ad sacerdotiū peterent̄.
Letabat̄ ⁊ ꝑfectus ꝑ fēs q̄ ūbū suū ī
eo fuerat adimpletū. Dixerat enī
cū ꝓficiscenti mandata donaret. ui
de age nō ut iudex s; ut eps̄. Pendē
te autē relōne iterū ab scondit s; īuē
tus. cū adhuc eet cathecuminꝰ bap
tizatur ⁊ octauo die ī ep̄alem cathe
drā sublimat̄. Cū autē post an
nos .iiij. romā iuisset ⁊ soror sua sa
cra uirgo eius dexterā osculareť:
subridens ait. Ecce ut dicebā tibi
sacerdotis manū oscularis. Cum
autē ī quandā ciuitatē ꝓ q̄dā ep̄o
ordinando iuisset. ⁊ eius electioni
iustina ī patrix ⁊ alij heretici cont̄
dicerent. uolentes ut de sua secta
aliquis ordinaret̄. una de arrianoꝝ
uirginibꝫ inpudencior ceteris ꝯscen
dit ⁊ betr̄. ambꝛ ꝑ uestimentū appre
hendit uolens ipm̄ trahere ad ꝑtem
mulierū. ut ab eis cesus de eccā cū
iniuria pelleretur. Cui ambꝛ ait.

Et si ego īdignus tanto sacerdo
tio sum. tibi tm̄ nō ꝯuenit īqualecūq;
manus inice. Vnde tunc debuisti iu
dicium dei. ne tibi aliquid ꝯtingat.
Et dictū ꝯfirmauit exitus. Nam die
alio mortuā ad sepulchꝝ usq; de
duxit grām ꝓ ꝯtumelia rependens.
Et hec omēs valde ꝑterruit. Post
h̄ mediolanū reuersus innumeras ī
sidias a iustina ī patrix ꝑtulit.
muneribꝫ ⁊ honoribꝫ ad̄sus eū
pp̄lm excitante. Cū ergo multi eum
in exiliū pellere niterent̄. unus ce
teris infelicioꝝ in tm̄ furore excita
tus ē ut iux̄ eccl̄am s̄ domū locaret
hac ī eadē quadrigā paratā hēt
qua raptum iustina facilius rap
tū ad exiliū deportaret. s; dei iu
dicio ipo die quo se eū rapē arbi
trabat in eadē q̄driga de eadē do
mo ī exiliū pulsus ē. Tunc ⁊
offm̄ ī eccā mediolanensi celebran
ī statuit. Eunt ⁊ ī eo tēpis mediolani
multi a demonibꝫ obsessi. qui se tor
qri ab ambrosio magnis uocibꝫ cla
mabāt. Iustina autē ⁊ multi arrianoꝝ
cū in simul hitarent dicebāt potiū
ambꝛm homēs ꝯparare qui se ab in
mūdis spiritibꝫ uexari mencirentur
⁊ ab ambrosio dicerent se torqueri.
Tunc subito unus ex arrianis qui
astabat arreptus a demonio ī me
diū psiliuit atq; clamare cepit.
Vtinā sic torqueant̄ ut torqor q̄
nō credunt ambꝛo. At illi ꝯfusi ip̄
cuiā dimersū hominē necauerūt.
Quidā hereticus acerrimꝰ disputa
tor ⁊ durus ⁊ inꝯuertibilis ad fidē
cū audiret ambꝛm ꝑdicantē uidit
ad aurē eius angelū loquentē ūba

quam ipse prosequebatur. Quo viso fidem quam per
sequebatur cepit defendere. ¶ Quidam
aruspex demones advocabat
et eos ad nocendum ambrosio transmittebat.
Sed reversi demones renuntiabant quod non
solum ad ipsum sed et ad fores domus sue
appropinquare nolebant quoniam ignis in
superabilis omne illius edificium communiret
ut etiam longe positi urerentur. Post dies idem
aruspex cum a iudice propter quedam ma
leficia torqueretur clamabat amplius
ab ambrosio se torqueri. ¶ Quendam
demoniacum ingredientem mediolanum
demon dimisit, egredientem autem inva
sit. Interrogatus autem de hoc demon ait
se ambrosium timuisse. ¶ Alius quidam
nocte eius cubiculum adiit ut gladio
ipsum necaret prece ac precio iustina
inductus. Sed cum dexteram gladium
elevasset ut ipsum percuteret continuo
aruit manus eius. ¶ Quidam a demo
ne arreptus clamare cepit ab am
brosio se torqueri. Cui ambrosius: Obmu
tesce dyabole quia te non torquet ambrosius sed
invidia tua quia illuc homines ascendere
aspicis unde tu turpiter corruisti. Sta
ambrosius uetat inflari. statimque ille
obmutuit. ¶ Quadam vice cum beatus
ambrosius per civitatem iret casu quidam
lapsus est et in terra prostratus iace
bat. Quem videns alter ridere cepit.
Cui ambrosius: Et tu qui stas videns
ne cadas. Quo dicto statim lapsum
doluit suum qui riserat alienum.
¶ Quadam vice ambrosius ad pa
latium macedonii magistri officiorum
ut pro quodam intercederet venit.
Sed cum fores clausas invenisset nec
intrandi copiam habere potuisset ait:
Et tu quidem venies ad ecclesiam
et non clausis ianuis sed apertis ingredi
non valebis. Et lapso aliquo tempore
metuens inimicos macedonius
ad ecclesiam fugit et patentibus ia
nuis aditum invenire non potuit.
Fuit etiam beatus ambrosius tante abstinentie
quod cotidie nisi in sabbato et die domini
co et festis precipuis ieiunabat. Tan
te etiam largitatis quod omnia que habere poterat
ecclesiis et pauperibus nichil sibi reti
nens tribuebat. Tante compassionis
ut cum aliquis lapsum suum sibi confiteretur
sic amarissime flebat quod illum flere
compellebat. Tante humilitatis ac la
boris ut libros quos dictabat propria ma
nu scriberet nisi cum infirmitate corporis
gravaretur. Tante autem pietatis et dulce
dinis ut cum alicuius sancti sacerdotis vel
episcopi obitus nuntiaretur sic amarissime
flebat ut vix consolari valeret. Cum
autem interrogaretur cur viros sanctos
qui ad gloriam proficiscebantur sic fleret
aiebat: Ne putetis me flere quia reces
serit sed quia me precesserit et quia difficile
invenietur qui tam dignus sit offi
cio habeatur. Tante autem constantie et forti
tudinis quod imperatoris vel principum vicia
non palpabat sed eos voce libera constan
tissime arguebat. ¶ Cum quidam
vir quoddam flagitium perpetrasset et
coram eo adductus fuisset dixit ambrosius:
Oportet illum tradi sathane in interi
tum carnis ne talia deinceps au
deat perpetrare. Quem eodem momento
cum adhuc esset sermo in ore eius spiritus
immundus cum discerpere cepit. ¶ Qua
dam vice ut aiunt cum beatus ambrosius
romam pergeret et in quadam villa tu
scie apud quendam hominem ni
mium locupletem hospitatus fuisset

illum hominem super statu suo sollicite requisivit. Cui ille respondit. Status meus domine semper felix extitit et gloriosus. Ecce enim divitiis infinitis habundo. servos et famulos quam plures habeo. copiosam filiorum et nepotum turbam possideo. et omnia semper ad vota habui nec umquam mihi aliquid adversum accidit vel quod contristaret evenit. Quod audiens Ambrosius vehementer obstupuit. et hiis qui secum erant in comitatu dixit. Surgite et hinc quantocius fugiamus quia dominus non est in loco isto. Festinate filii festinate nec in fugiendo moram faciatis ne nos hic divina ultio apprehendat et in peccatis istorum pariter nos involvat. Cumque fugerent et aliquantulum processissent subito terra aperuit et hominem illum cum universis que ad illum pertinebant ita absorbuit ut nullum inde vestigium remaneret. Quod cernens Ambrosius dixit. Ecce fratres quam misericorditer deus parcit cum hic adversa tribuit et quam severe irascitur quam semper prospera elargitur. In eodem autem loco fovea quedam profundissima remansisse dicitur que usque hodie huius testimonium perseverat. ¶ Cum autem beatus Ambrosius videret omnium malorum avaritiam magis ac magis in hominibus accrescere cerneret. et maxime in hiis qui erant in potestatibus constituti, apud quos omnia pro precio vendebantur. nec non et in hiis qui erant in sacris ministeriis deputati. vehementer ingemuit. et se de huius seculi erumpna liberari instantius exoravit. Quod cum se obtinuisse gauderet. revelavit fratribus quod usque ad resurrectionem dominicam secum esset.

ante usque paucos dies quam de seculo decederet. cum xliii psalmum notario dictaret. Subito ipso vidente notario in modum scuti brevis ignis caput eius cooperuit atque paulatim per os eius tamquam in domum habitator intravit. Tunc facies eius tamquam nix effecta est sed postmodum ad suam speciem rediit. Ipso igitur die scribendi et dictandi finem fecit nec ipsum psalmum explere potuit. Post igitur paucos dies infirmitate corporis laborare cepit. Tunc comes Ytalie cum Mediolani esset nobiles convocavit dicens quod tanto viro decedente periculum esset ne Ytalie interitus immineret. Rogavitque ut ad virum dei accederent rogarentque ut se adhuc spatium vivendi anno uno impetraret. Quod ille cum audivit respondit. Non ita inter vos vixi ut me nunc vivere pudeat. nec mori timeo quia bonum dominum habemus. ¶ Eo tempore IIII diaconi in loco remotiori conversabantur tractantes inter se quis post obitum suum bonus esset. Cum autem a loco in quo vir dei Ambrosius iacebat longe essent et Simplicianum ita silentio nominassent ut vix inter se audirent. ille absens longe positus tercio exclamavit. Senex sed bonus. Quod audientes territi fugerunt et non nisi illum post eius obitum elegerunt. Honoratus Vercellensis episcopus qui beati Ambrosii exitum exspectabat cum se sopori dedisset. voce tercio clamantem se audivit. Surge quia modo est recessurus. Qui consurgens Mediolanum cito venit et ei dominici corporis sacramentum dedit ac mox ille manus in modum crucis expandens et ultimum spiritum inter verba orationis efflavit.

Floruit autem circa annos domini ccclxxx. Cum autem in nocte pasche corpus eius ad ecclesiam fuisset delatum, plurimi infantes baptizati sunt, cum viderunt, ita ut aliqui eum sedentem in kathedra tribunali dicerent, alii ascendentem digito suis parentibus demonstraverunt. Non nulli vero super corpus eius stellam videre narraverunt. Quidam presbyter cum in convivio cum multis aliis esset et sanctum Ambrosium detrahere cepisset, continuo plaga percussus est et de convivio ad lectum deductus vitam finivit. In urbe Carthaginensi cum tres in unum episcopi convivarentur et unus eorum beato Ambrosio detraxisset, relatum est illi quid in presbytero qui sibi detraxerat accidisset, quod cum ille vilipenderet, letale vulnus excepit et extremum continuo diem clausit.

Hic vero quod beatus Ambrosius in multis commendabilis fuisse videtur. Primo in liberalitate, quia omnia que habere poterat pauperum erant. Unde refert de se ipso quod imperatori petenti basilicam sic respondit, et est in decretis xxiii. q. viii. Si a me peteret quod meum esset, id est fundum meum, argentum meum, non refragarer, quamquam omnia mea pauperum sunt. Secundo in munditie puritatis: fuit enim virgo. Unde refert Jeronimus eum dixisse: Virginitatem non solum efferimus sed servamus. Tertio in fidei firmitate. Unde dixit, cum imperator peteret basilicam: Mori paratus est (?). Prius est ut animam mihi quam fidem auferat. Quarto in martirii aviditate. Unde legitur in epistola sua de basilica non tradenda, quod prepositus Valentiniani Ambrosio mandavit dicens: Te vivente contempnis Valentinianum. Caput tuum tollo. Cui Ambrosius: Deus permittat tibi ut facias quod minaris, atque utinam deus avertat eos ab ecclesia, in me omnia tela sua convertant et in meo sanguine sitim suam expleant. Quinto in orationis instantia. Unde dicitur de eo et habetur in libro xi hystorie ecclesiastice: Ambrosius adversus regine furorem non se manu defensabat aut telo, sed ieiuniis et continuatis vigiliis sub altari positus per obsecrationes defensorem sibi atque ecclesie deum parabat. Sexto in lacrimarum habundantia. Habuit vero tria genera lacrimarum, scilicet lacrimas compassionis pro aliorum culpis. Unde dicit Paulinus de eo in legenda: Nam quotiens aliquis lapsum confitebatur sic amarissime flebat, quod illum flere similiter compellebat. Lacrimas devotionis pro celestibus desideriis. Unde supra dictum est, unde supra dictum est a Paulino, quod cum interrogaretur cur sanctos qui moriebantur sic fleret, respondit: Ne me putetis flere quod recessit, sed quod me ad gloriam precessit. Lacrimas compassionis pro iniuriis. Unde ipse dicit de se, et est in decreto in superiori capitulo: Adversus milites Gothos lacrime mee arma mea sunt. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo nec possum resistere. Septimo in forti constantia. Cuius constantia maxime in tribus apparet. Primo in defensione catholice veritatis. Unde dicitur in libro xi ecclesiastice hystorie: Iustina mater Valentiniani imperatoris, arriane heresis alumpna, cepit conturbare ecclesiarum statum, comminari sacerdotibus depulsiones et exilia, nisi arrianorum concilii decreta revocarent

Quo bello contra murum et turrem validissimam pulsabat. Amb. In eius quoque prefatione sic de eo cantatur: Tanta Ambrosium virtute solidasti et constantie tanto munere celitus decorasti ut per eum exclusa tremerent demonia. Arrianorum impulsa impietas tabesceret ac secularium principum colla tuo iugo subiecta redderentur humillima. Secundo in tuitione ecclesiastice libertatis. Unde cum imperator auferre vellet quandam basilicam opposuit se Ambrosius contra imperatorem sicut ipse testatur et est in decreto xxiii. q. viii. Conveniebar ipse a comitibus ut per me fieret basilice matura tradicio. dicentibus imperatorem iure suo usum esse. tradi debere. Respondi. Si patrimonium petit invadite. si corpus occurram. Vultis in vincula rapere. vultis in mortem voluntatis est mihi. Non ego me vallabo multitudine populorum nec altaria tenebo. vitam obsecrans. sed pro altaribus gratius immolabor. Mandabatur tradere basilicam. Urgemur igitur preceptis regalibus. sed confirmamur scripturarum sermonibus. Que respondit. Tamquam una ex insipientibus locuta es. Noli gravare te imperator. ut putes te in ea que divina sunt imperiale aliquid ius habere. Ad imperatorem palatia pertinent ad sacerdotes ecclesie. Sanctus Nabaoth vineas suas proprio cruore defendit. Si ille vineam suam non tradidit nos tradimus Christi ecclesiam. Tributum cesaris est non negetur. ecclesia dei est cesari utique non donetur. Si deinde aliquid compelleret aut posceretur ut domus aut fundus aut aurum aut argentum id quod mei iuris est libenter offerrem. templo dei sic nichil possum nec decerpere nec tradere cum custodiendum non tradendum acceperim. Tercio in obiurgatione vicii et omnis iniquitatis. Unde legitur in hystoria tripartita et in quadam cronica. Quod cum apud thessalonicam orta seditione quidam iudices fuissent a populo lapidati. Theodosius imperator indignatus iussit omnes interimi nocentes ab innocentibus non discernens. ut fere v. milia hominum sunt occisa. Cum igitur imperator mediolanum venisset et ecclesiam intrare vellet occurrit ei Ambrosius ad ianuam eique aditum prohibuit dicens. Cur imperator post factum tanti furoris non agnoscis molem tue presumptionis. Sed forte recognitionem peccati prohibet imperii potestas. decet te ut vincat ratio potestatem. Princeps es o imperator. sed conservorum. Quibus ergo oculis inspicies communis domini templum. Quibus calcabis pedibus pavimentum. Quomodo manus extendes de quibus sanguis adhuc stillat iniustus. Qua presumptione ore tuo poculum sanguinis eius percipies dum furore sermonum tuorum tantus iniuste effusus sit sanguis. Recede ergo recede. ne secundo peccato priorem iniquitatem augere contendas. Suscipe vinculum quo te dominus ligavit. est enim medicina maxime sanitatis. Huius sermonibus obediens gemens et flens ad regalia remeavit. Cum ergo diu in fletu mansisset Rufinus magister militum causam tante tristicie requisivit. Cui ille. Tu [illegible] mea mala sentis. quia servis et mendicantibus aperta sunt templa mihi vero ad ea ingressus non est.

et heredes. singula verba singultibus
interrumpebat. Cui rufinus. Curro si vis
ad ambrosium. ut te solvat vinculum
quo te ligavit. Et ille. Non poteris per
suadere ambrosio quia non verebitur im
perialem potentiam ut legem possit pre
varicari divinam. Sed cum ille promit
teret quod eum flecteret. eum imperator ire
precepit et ipse post paululum secutus
est. Mox autem ut Rufinum ambrosius
vidit. ait. Impudentiam canum imitatus
es. Rufine tante videlicet necis auc
tor existens. et nec pudorem extincto dum
geris nec erubescis contra maiestatem latra
re divinam. Cumque rufinus pro imperatore
supplicasset et diceret eum venturum. ac
census superno zelo ambrosius ait. Ego
tibi predico quod ingredi eum sacra limina
prohibebo. Si vero potestatem in tyrannidem
mutaverit necem libenter suscipio. Quod
cum rufinus imperatori nuntiasset. pergam
inquid ad eum ut iustas in faciem contu
melias patiar. Cumque venisset et sibi
a solvi vincula postulasset. occurrit
ambrosius et ingressum prohibens ait. Quam
penitentiam ostendisti post tantas iniqui
tates. Et ille. Tuum est imponere et meum
obtemperare. Cumque imperator allega
ret quod et david adulterium et homicidium
commisisset. ait ambrosius. Qui secutus
es errantem. sequere corrigentem. Quod
ita gratanter imperator suscepit quod
publicam penitentiam agere non recusavit.
Cum igitur reconciliatus ecclesiam intras
set et intra cancellos staret requi
sivit ambrosius quid ibi expectaret. Cumque
diceret se perceptionem sacrorum mysteriorum
expectare ait ambrosius. O imperator in
teriora loca tantum sacerdotibus sunt col
lata. Egredere igitur et hanc expectati

onem cum ceteris communem habe. Pur
pura namque imperatores facit non sacerdo
tes. Cui imperator protinus obedivit.
Cum igitur constantinopolim rediisset et ex
tra cancellos staret. mandavit ei
dem episcopus ut intraret. et ille ait. Vix di
dicere potui quae sit differentia imperatoris
et sacerdotis. Vix enim veritatis inveni
magistrum. Ambrosium namque solum novi vo
cari pontificem. Octavo sana doctrina.
Cuius namque doctrina habet altitudinem profundita
tis. Hieronymus de xii. doctoribus. Ambrosius super pro
funditatem pennatus in aeris volitat
quam diu in profundum ingreditur fructum
de alto capere videtur. Firmam soliditatem.
Hieronymus. Eius omnes sententie fidei et ecclesie
et omnium virtutum firme sunt columpne.
Elegantem venustatem. Augustinus in libro
de nuptiis et concupiscentia. Pelagii heresiar
cha sic laudat ambrosium. Vir dicit am
brosius episcopus in cuius precipue libris romana
lucet fides. qui scriptores inter latinos
flos quidam emicuit. Et subdit Augustinus.
Cuius fidem et purissimum sensum in scrip
turis inimicus nequidem ausus est
reprehendere. Magnam auctoritatem
quia antiqui doctores sicut sanctus Augustinus
verba sua pro magna auctoritate
habebant. Unde refert Augustinus ad ianu
arium quod cum mater eius miraretur quare
mediolanum sabbatum non ieiu
naret. et de hoc augustinus ambrosium interroga
sset. ait ambrosius. Cum rome venio ie
iuno sabbato. Sic et tu ad quam forte
ecclesiam veneris eius morem serva si
cuiquam non vis esse scandalum.
Et subdit Augustinus. Ego de hac sententia
etiam atque etiam cogitans ita semper
habui tamquam celesti oraculo acceperim.
De vitam et passionem beati Tyburtii

et Valiani quere in legenda de passione sancte Cecilie ubi continetur.

De sancto Georgio

Georgius dicitur a geos quod est terra et orge quod est colere, quasi colens terram, id est carnem suam. Augustinus autem in libro de trinitate dicit quod bona terra est in altitudine montium, in temperantia collium, in planitie camporum. Prima enim est bona ad virentes herbas, secunda ad vineas, tertia ad fruges. Sic beatus Georgius fuit altus despiciendo inferiora, et ideo habuit virorem puritatis, temperatus per discretionem et ideo habuit vinum eterne iocunditatis, planus per humilitatem et ideo protulit fruges bone operationis. Vel dicitur a gerar quod est sacrum et gyon quod est luctator, quasi sacer luctator, quia luctatus est cum dracone et carnifice. Vel a gerar quod est sacrum et gyon quod est arena, quasi sacra arena. Fuit enim arena quia ponderosus morum gravitate, minutus humilitate et siccus a carnali voluptate. Vel georgius dicitur a gerar quod est peregrinus et gyr quod est precisio et ys quod est consiliator. Ipse enim fuit peregrinus in contemptu mundi, precisus in corona martyrii et consiliator in predicatione regni. Cuius legenda inter scripturas apocrifas in Nyceno concilio numeratur, eo quod eius martyrium certam relationem non habet. Nam in kalendario Bede dicitur quod sit passus in Persida civitate Dyospoli que prius Lida vocabatur, et est iuxta Joppen. Alibi legitur quod passus sit sub Dyocletiano imperatore, vel sub Datiano imperatore Persarum presentibus LXX regibus imperii sui. Hic quod sub Datiano preside imperantibus Dyocletiano et Maximiano. Deſſontune

Georgius tribunus genere Capadox pervenit quadam vice in provinciam Lybie in civitatem que dicitur Sylena. Juxta quam civitatem erat stagnum instar magni maris in quo draco pestifer latitabat, qui sepe populum contra se armatum in fugam converterat, flatuque suo ad muros civitatis accedens omnes inficiebat. Quapropter compulsi cives duas oves cotidie sibi dabant ut eius furorem sedarent. Alioquin sic muros civitatis sic invadebat et aerem inficiebat quod plurimi moriebantur. Cum ergo iam oves pene defecissent maximeque earum copiam habere non possent, inito consilio ovem cum adiuncto homine tribuebant. Cum igitur sorte filii et filie omnium darentur et sors nemini exciperet, et iam pene omnes filii et filie ipsi essent consumpti, quadam vice filia regis unica sorte est deprehensa et draconi adiudicata. Tunc rex contristatus ait: Tollite aurum et argentum et dimidium regni mei et filiam meam mihi dimittite ne talia moriatur. Cui populus cum furore respondit: Tu hoc rex edictum fecisti, et nunc omnes pueri nostri mortui sunt et tu vis filiam tuam unicam salvare? Nisi in filia tua compleveris quod in aliis ordinasti, succendemus te et domum tuam. Quod rex videns cepit flere filiam suam dicens: Heu me filia mea dulcissima, quid de te faciam aut quid dicam? Quando plus videbo nuptias tuas? Et conversus ad populum dixit: Oro ut inducias octo dierum lugendi in filiam meam tribuatis. Quod cum populus annuisset, in fine octo dierum reversus est populus cum furore dicens: Quare perdis populum tuum propter filiam